imprimat opuſculum, qui Epiſtolam; tu tamen ſi occaſionem habes, prius ad ipſum, Gotfridum Tampachium ſcribes, rogans quid fieri velit, petenti tranſmittes. Sin recuſabit, de typis penes vos, aut quacunque ratione potes, proſpicies. Sin autem diu differetur impreſſio, fieri poterit, ut interim Lincii Typographia inſtauretur; quo facto, & re adhuc integra, repetam exemplar. Vale.

J. Kepplerus Matthiæ Berneggero S.P.D.

AMiciſſime D. Berneggere, dum hic expecto occaſionem mittendi certam, quippe poſta ablata, tres ſeptimanæ ſunt lapſæ; tandem igitur miſi Viennam; tu excuſatum habebis D. Ammonium.

Rogo autem ut ſignifices an extent Porphyrii commentaria in Harmoni-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358117437/27 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG